



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Professio Christiani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Amo te ex toto, amo totus, & amo totum, Amo totum quia debeo me totum, sine omni diminutione, consecrare sancto & puro amori Dei; & amo totum quia debeo amare totum Deum meum, in seipso & in proximo.

CONSIDERATIO XXXIV.

AMOR DEI,

Professio Christiani.

Professio Christiani hominis continetur in duobus verbis, *Ama te.* Professio respicitur ad statum cuiusque, & originem. Si ergo Christianus creatus ad amandum, & insuper collocatus in statu amicitiae Dei, debet tunc hanc esse suam ut occupetur in amando, & exerceatur in duobus verbis, *Amore.*

Subleua ergo te mente ad principium sine principio ad Primam Personam Sanctissimae Trinitatis, primum principium *ad intra*, & *ad extra*, fundè humilitatus in tuo proprio nihil, de cetero tudine cordis, quemadmodum dicit, *Amicus meus, & Creator meus, à quo per solam gratiam nullo meo merito, accipio esse, & vivere.* Similiter ad secundam Personam Filii, per quem *aequalis & consubstantialis patri*, dic eodem modo, *Amo te, Deus meus, & Redemptor meum.* immensum thesaurum in finitum mentium accipio: per quam liberatus à penis aeternae inventio in possessione aeternae gloriae. Postea ad Tertiam Personam Spiritus Sancti, & dic eodem modo, *Amo te, Deus meus, & Sanctificator meus, à quo collocatus in numero filiorum Dei, & heredes* beatæ.

Sanctissima Trinitate venies ad Virginem, & facies
 eam professionem dicendo, *Amo te*, Mater
 sanctissima, velut unicam post Christum, fiduciam
 meam. Hoc ordine descendes per omnes Cho-
 ros & Ordines Angelorum & Sanctorum, dicendo ad
 quemque, *Amo vos*, Seraphini beati, impetrate
 partem vestri amoris. *Amo vos*, Cherubini feli-
 ces, impetrate mihi partem vestrae cognitionis. Parti-
 cipate procedes usque ad ultimum Chorum, & ultimum
 Ordinem Sanctorum.

CONSIDERATIO XXXV.

AMOR DEI,

Scientiarum Compendium.

Verbum *Caritas*, tribus consistens syllabis, &
 quatuor literis. Et *Deus Caritas est*, unus in natura,
 & in personis, & septiformis gratia Spiritus Sancti,
 procedit ex Patribus. *Caritas* trium syllabarum est,
 & facit similem Deo, & Sanctissimæ Trinitati: & se-
 ptem literas habet, ut conferat animæ, quam inhabitant,
 septem dona Spiritus Sancti.

O *Caritas beata*, *Caritas divina*! verbum breve
 & sanctum, sed immensum in virtute! *Caritas breve ver-*
bum, quia via *Caritatis*, & *Amoris* est brevis, ubi via
 cognitionis est longa. Via *Caritatis* est brevis, quia
 & sine medio perducit ad Deum. Non amo-
 rem per amorem creaturarum, sicut cognosco Deum
 per cognitionem illarum. *Breve verbum*, *Amo*: & in
 brevi verbo est compendium totius legis divinæ,
 & longus ac summa Sacra Scriptura, finis operum
 humanorum.

Quid queris? satiare desiderium sciendi, discendo
 Scientias? Tene unum verbum, quod est omne ver-
 bum, & sufficit tibi: quare unum bonum, quod est omne
 bonum, & sufficit tibi, dicebat S. Antonius, Quod non
 possung